



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

De Conso||lacione Ivsto-|||rvm

Hillesheim, Ludwig

Coloniae, 1572

VD16 H 3678

Animos pioru[m] ex consideratione superarum ac cœlestium reru[m]
inuictos fieri. Cap. VI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60369](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60369)

miata, quam vnā possumus appellare sapientiam, in qua diuitiæ salutis sunt atq; thesaurus, & quæ non meditatione tantū cœlestium rerum, verum etiam futurae fœlicitatis sensu in hac vita percepto, alitur ad immortalitatem.

Animos piorum ex consideratione superarum ac cœlestium rerum inuictos fieri.

CAPVT VI.

Nihil ergo est quod animos eorum debilitare, aut frangere omnino possit, quorum omnis viuendi ratio conuersa ad Deum est. Cōfidunt enim Deo, nullis impediētib; malis, ac certō agnoscunt, cū impy suppliciorum imminentium metu, ac scelerum furijs exagitantur, ipsos per summam animi securitatem in Deo per fugium habere, cū fictæ ac fucatæ fœlicitatis illorū, cū vitæ finis adierit, cū extremis tenebris, & inferorū latebris addicēdi erunt, tū eorū, posteaquam corporis vinculis exoluti sunt, fœli-

G citatis

citatis vera initium fieri, tum primū
 sempiterno euo victuros esse in cælo, bea-
 tos & immortales fore. Ad horum imita-
 tionem qui se formant, & diuina contem-
 plantur, ñ inuicti sunt, & inuiolatam sp̃e
 suam seruant, & omnia rectè considerāt
 atque agunt. Certò enim agnoscunt, ni-
 hil incommodi euenire iustis, ac si tanquā
 aurum igni, sic grauitate malorum pur-
 gentur, habere tempus iustitiam Dei, quo
 in splendorem eos maiorem det. Quod
 cū illi altiore consilio à deo fieri ani-
 maduertant, firmi in sua spe, & commu-
 niti sunt, ne vlla ingruens turbinum pro-
 cella fidem eorum & amorem in deum
 labefactet. Atque vt constantia & firmi-
 tate malis omnibus superiores esse possint,
 attollunt in deum mentes, & diuina sen-
 sa perscrutantur, ac que maxima existi-
 mantur mala contemnunt, quum ea om-
 nibus electis dei seruis accidisse recordan-
 tur. Illam etiam foeminarum beatissimā
 virginem Mariam, ac tanto honore dignā
 habitā

habitam, vt dei mater fieret, semper angu-
 stijs vita oppressam, afflictamque fuisse, vt **Luc. 2.**
 vt ei vates Simeon prädixit, animum eius
 gladium penetraturum. Sed hæc omnia
 æquissimo animo tolerauisse, nunc honori-
 ficatam & exaltatam à domino, sua ab
 auro condito magnificentia ac gloria. Ac
 ne vnquam iniquo animo sint, co-
 gitant se Christi dei exemplo edoctos, ad
 omnia aduersa ferenda, cuius omnis in ter-
 ris vita acerbitatum plena, mortis suppli-
 cium horrendum, et si omnium innocentis-
 simi, fuit, cuius qui participes ærumnarum
 sint, hos etiam diuina in cælo gloriæ comi-
 tes fore. Hæc omnia p̄ homines altè ad a-
 nimum reuocent, deumq; sequantur, nec
 vlla in re, quæ quidem in terris sit, consol-
 tionem aliquam pleniorẽ, quàm in De-
 ponant, eiu squẽ incensi amore diuino, on-
 nia ab cœlestibus eius promissis expecten-
 ac sperent. Interea autem inter omni-
 Dominum prædicent, atque laudent, e-
 quæ orent, vt pro abundantia sua miseri-

Ecclesia. 51. dia ex afflictionibus, ex igne tribulationū,
 suffocationem vndique minanti, ex imo
 inferni ventre eos liberet, nec vnquam di-
 ebus calamitosis deserat. Hac enim iussu,
 prescriptoque suo, orantes exaudiet, et cle-
 mentia recordabitur suā, vt ab improbo
 tempore eos eripiat, eaq; gloria donet, que
 nullis seculis aboleri possit.

Tolerantium presentium ærū-
 narum, & expectationem futu-
 rorum bonorum, beata immor-
 talitate proposita à Deo, animi
 firmamenta esse.

CAPVT VII.

ITaque firmamentum totius consolati-
 onis in deo est, eaq; consolatio tolerantiā
 presentium malorum, & futurorum bonorum
 expectatione continetur, vt gloriandum
 sit spe gloria dei, nec id solum, verum etiā
 in afflictionibus, in quibus consolationem
 & gaudij abundantiam esse, diuus Paulus
 ostendit. Nō enim rebus iustorum dei abe-
 rit fides, nec lōgum interuallum illud erit,
 quum